UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

LXVII. Quomodo etiam post mortem à Comitibus & reliquis perinde ac vivus honoratus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A

CAPUT LXVII.

Quomodo etiam poſt mortem à Comitibus & reliquis, perinde ac vivus, honoratus eſt.

CEterùm totiꝰ exercitus duces, Comites quoque & reliqui judices ac magiſtratus, qui etiam antea Imperatorem adorare ſoliti erant, priſtini moris obſervantiam nullatenus mutantes, ſtatis horis ingrediebantur; & Imperatorem in arca depoſitum, perinde ac vivū & ſpirantem, genu flexo poſt obitum ſalutabant. B Poſt Primores autem illos, idem deinceps & Senatores & honorati omnes introeuntes fecere. Innumerabilis deinde vulgi multitudo cū pueris ac mulieribus ad hujus rei ſpectaculum acceſſit. Atque hæc longi temporis ſpatio aſſiduè geſta ſunt; cum militares funus ad hunc modum jacêre & cuſtodiri decreviſſent, donec Imperatoris filii eò advenientes, ipſi paternum funꝰ honoris cauſa proſequerentur. Solus denique etiam poſt mortem imperavit Princeps beatiſſimus: cunctaq; more ſolito adminiſtrata ſunt, quaſi adhuc in vivis eſſet. Qui honos uni illi poſt hominū memoriam à Deo conceſſus eſt. Quippe cùm ſolus ille præ ceteris Imperatoribus, Deum omnium Regem Chriſtumq; ejus filiū variis cujuſq; generis actibus honoraſſet, jure merito his honoribus ſolus affectus eſt: idq; illi tribuere C dignatus eſt ſummus omniū Deus, ut cadaver ejus in terris imperiū obtineret. Quo quidē indicio iis qui non plane ſtupidi atq; hebetes eſſent, perſpicuè ſignificavit Deus, animā illius perpetuo & immortali imperio frui. Et hæc quidem geſta ſunt in hunc modum.

CAPUT LXVIII.

Quomodo exercitus judicio, filii ejus Auguſti ſunt nuncupati.

INterea Tribuni lectos quoſdam ex militaribus numeris, qui fidei ac benevolentiæ causâ olim Principi accepti fuiſſent, ad Cæſares mittunt, cuncta eis D quæ geſta erāt nuntiaturos. Et hæc quidem illi tunc egerunt. Omnes verò ubicumq; exercitus, quaſi divino quodam ſpiritu incitati, ſimul atque de Imperatoris morte nuntiatū eſt, uno conſenſu decreverunt, prorſus quaſi maximꝰ Imperator adhuc ſupereſſet, neminem ſe præter eiꝰ liberos Imperii Romani prin-

Κεφ. ΞΖ΄.

Ὅπως καὶ μετὰ θάνατον ὑπὸ κομήτων καὶ λοιπῶν, καθὰ καὶ ἐν τῷ ζῆν, ἐτιμᾶτο.

ΟἹ δέ γε τοῦ παντὸς στρατοῦ καθηγεμόνες, κόμητές τε καὶ πᾶν τὸ τῶν ἀρχόντων τάγμα, οἷς τὸν βασιλέα καὶ νόμος πρότερον ἦν προσκυνεῖν, μηδὲν τοῦ συνήθους ὑπαλλαττόμενοι τρόπου, τοῖς δέουσι καιροῖς εἴσω παριόντες τὸν ἐπὶ τῆς λάρνακος βασιλέα, οἷά περ ζῶντα καὶ μετὰ θάνατον, γονυκλινεῖς ἠσπάζοντο. μετὰ δὲ πρώτους ταῦτ' ἔπραττον παριόντες, οἵ τ' ἐξ αὐτῆς συγκλήτου βουλῆς, οἵ τ' ἐπ' ἀξίας πάντες. μεθ' οὓς ὄχλοι παντοίων δήμων, γυναιξὶν ἅμα καὶ παισὶν ἐπὶ τὴν θέαν παρῄεσαν. συνετελεῖτο δὲ ταῦτα οὕτω χρόνῳ μακρῷ. τῶν στρατιωτικῶν οὕτω μένειν τὸ σκῆνος καὶ φυλάττεσθαι βουλευσαμένων, ἕως ἂν οἱ αὐτοῦ παῖδες ἀφικόμενοι, τῇ δι' ἑαυτῶν κομιδῇ τὸν πατέρα τιμήσωσιν. ἐβασίλευε δὲ μετὰ θάνατον μόνος θνητῶν ὁ μακάριος. ἐπράττετό τε τὰ συνήθη, ὡσανεὶ ζῶντος αὐτοῦ. τοῦτο μονωτάτῳ αὐτῷ ἀπ' αἰῶνος τοῦ Θεοῦ δεδωρημένου. μόνος γοῦν, ὡς οὐδεὶς ἄλλος αὐτοκρατόρων τὸν παμβασιλέα Θεὸν, καὶ τὸν Χριστὸν αὐτοῦ παντοίαις τιμήσας πράξεσιν, εἰκότως τούτων ἔλαχε μόνος. καὶ τὸ θνητὸν C αὐτοῦ βασιλεύειν ἐν ἀνθρώποις ὁ ἐπὶ πάντων ἠξίου Θεός. ὧδ' ἐπιδεικνὺς τὴν ἀγήρω καὶ ἀτελεύτητον τῆς ψυχῆς βασιλείαν τοῖς μὴ τὸν νοῦν λελιθωμένοις. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὧδέ πη συνετελεῖτο.

Κεφ. ΜΗ΄.

Ὅπως Αὐγούστους εἶναι λοιπὸν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον ἔκρινεν.

ΤΩν δὲ στρατιωτικῶν ταγμάτων ἐκκρίτους ἄνδρας, πίστει καὶ εὐνοίᾳ πάλαι βασιλεῖ D γνωρίμους, οἱ ταξίαρχοι διεπέμποντο, τὰ πεπραγμένα τοῖς Καίσαρσιν ἔκδηλα καθιστάντες. καὶ οἱ μὲν τάδ' ἔπραττον. ὥσπερ δ' ἐξ ἐπιπνοίας κρείττονος, τὰ πανταχοῦ στρατόπεδα τὸν βασιλέως πυθόμενα θάνατον, μιᾶς ἐκράτει γνώμης. ὡσανεὶ ζῶντος αὐτοῖς τοῦ μεγάλου βασιλέως, μηδένα γνωρίζειν ἕτερον, ἢ μόνους τοὺς αὐτοῦ παῖδας Ῥωμαίων αὐτοκράτορας.